

Kleinere Mitteilungen.

Eine Relatio ecclesiae metropolitanae moguntinae von c. 1620.

In dem Bande Ottoboniana 2421 P. I der Vaticana findet sich Blatt 308 eine Relation über den Zustand des Mainzer Erzstifts. Ihre näheren Umstände, Abfassung sind nicht angegeben; sie nennt den Ambrosius Saibaeus als Dompfarrer, Domprediger und 1602 gewordenen Doctor der Theologie. Da er 1623 Weihbischof wurde, welcher Würde hier nicht gedacht ist, so lässt sich die Zeit der Abfassung dieser Relation bestimmen. Ausserdem wird eines Druckes gedacht – ut patet in Ephemeride impressa, – dieser Druck erschien 1614 zu Mainz; somit fällt der Bericht ins zweite Jahrzehnt des XVII. Jahrhunderts.

Die Angaben sind genau, geben kurze gute Uebersicht und sind in einzelnen Punkten neu, vgl. Jesuiten – Eberbach – Arnsburg, u. s. w., weshalb sie einen Abdruck verdienen. Er folgt hier mit einigen Noten.

„Numerus canonicorum Metropolitanae Ecclesiae Mog. est 42 personarum prout patet in Ephemeride impressa.¹ In quibus 24 sunt Capitulares, 18 non capitulares, quos domicellares Canonicos appellant; quinque sunt Prelati et 4 Canonici presbyteri, qui omnes de nobili gente ex utroque parente esse debent.

„Numerus Vicariorum in eadem Metropolitana est 40 personarum preter quosdam Altaristas, qui ingressum chori non habent.²

„Monasteria virorum sunt haec. 1. Abbatis S. Iacobi extra muros O. S. B. 2. Carthusia extra muros. 3. Conventus S. Augustini. 4. Conventus seu Monasterium Predicatorum. 5. Mon. Carmelitarum. 6. Pates S. L., ubi olim fuit conventus Franciscanorum.³

¹ Damit ist gemeint: „Nobilitas ecclesiae Maguntinae hoc est omnium canonicorum metropolitanae ecclesiae Mag. nomina, ab a. chr. 1500 usque ad praesentem 1614 annum. Mag. 1614.

² Am Dome waren demnach 82 Geistliche in Tätigkeit, abgesehen von den Altaristen.

³ Im I. 1577 war den Jesuiten der Franziskanerconvent zugewiesen worden.

„Monasteria virginum.

„Abbatissa et conventus Veteris Cellae vulgo zum alten Münster; abb. et conv. Clarissarum; ad albas dominas „zu den weissen frauē“ ord. cist.; monaster. et conv. S. Agnetis, O. S. Dom.; extra muros abb. et conv. in valle B. Marie virg. zu dalen.

„Item extra muros monasterium pauperum virg. ord. S. Franc. de tertia regula.

„Ecclesiae collegiatae sunt quinque, quae maiora vocantur, vidi-
licet S. Petri extra muros, S. Steph. intra, S. Victoris extra, B. M. ad gr.
intra, S. Albani extra muros, ubi soli nobiles admittuntur, ut in Summo-

„Reliqua collegia minora: S. Crucis extra, S. Mauritiī infra, S. Ioh.
infra et S. Gangolfi intra, ubi pauci personae 6 vel 8 tantum, et medios
habent proventus.¹

„Canonicorum in quinque maioribus collegiatis numerus est fere
20 personarum aut 18 vel 19.

„In S. Stephano sunt circiter 30, sed media pars tantum capitulares.

„Vicarii in praedictis collegiatis sunt fere 16 vel 18, in minoribus
collegiis pauciores 6 vel 8.

„Parochiae primariae S. Quint., S. Hemmerani, S. Ignatii, S. Chri-
stopori.

„Minores parochiae in quibusdam collegiatis, ut apud S. Petrum
parva parochia, quae vocatur zum Odenmünster, It. apud S. Steph., It.
parva parochia S. Pauli iuncta monasterio Veteris celle.

„Item in Ecclesia metropolitana parva parochia in choro ferreo ut
vocant, quae administratur per vicarium in summo, modo D. Ambrosium
S. Th. Doctorem, concionatorem egregium, qui concionem matutinam
hora 6 habere solet.²

„In parochialibus maioribus sunt etiam vicarii seu Altaristae, in
singulis fere 3, 4 aut 5 aut 6.

„In monasteriis similiter Altaristae, qui tenentur certas missas le-
gere per hebdomadam.

„Est praeterea Ecclesia Militum Teutonicorum prope arcem Reve-
rendissimi, ubi oeconomus secularis tantum residet, sed leguntur certae
missae ibidem per septimanam.³

„Similiter est Domus pro commendatore ordinis Equitum Meliten-
sium vulgo ad S. Sepulerum nuncupatum.⁴

¹ Die Geschichte der Stifte u. Klöster der Stadt findet sich im 2. Bde von Ioannis, Rerum Mag.

² Ambrosius Saibaeus, aus Zeitz gebürtig, studierte zu Mainz, wurde Vicar am Dome, dann Pfarrer 1601 im Eisern Chor, d. i. Ostchor des Domes, 1602 Doktor der Theologie, Weihbischof epus mysiensis von Mainz, auch Trier, starb reich an Verdiensten 1644. Ioannis, Rerum Mag. II, 449.

³ Deutschordenscommende nahe der St. Martinsburg auf dem Schlossplatz.

⁴ Heiliggrab in der Heiliggrabstrasse.

„Scholae latinae sunt in Summo templo, in aliis non sunt nisi in quibusdam parochialibus, ubi pueri tantum prima elementa seu rudimenta Grammatices discunt, donec apti sunt ad frequentandum scholas Patrum Societatis. Est autem Schola PP. frequentissima, in qua circiter 700 aut 800 iuvenes frequentare videntur, sed ad discenda grammaticalia, humanitatis et philosophiae studia.

„Similiter theologica schola multos habet auditores ac professores eximios ex patribus Societatis.

„Hospitalia sunt praecipua S. Spiritus, ubi recipiuntur et aluntur praebendarii utriusque sexus, quidam gratis quidam numerato precio. Huic hospitali iuncta est ecclesia, ubi quotidie legitur sacrum, ac proprium habent parochum et confessarium.

„Est et alium hospitale satis magnum, S. Barbarae, ubi externi pauperes et debiles personae recipiuntur, quod est sub administratione et cura decani et capituli ad gradus B. M. V.

„Est et hospitale quoddam sub cura senatus et aliud apud S. Alexium parvum pro externis una saltem aut altera nocte recipiendis.

„Est etiam hospitale in suburbio zu Vielzbach, credo sub regimine seu praelato aliquo capituli maioris.

„Item leprosorium extra civitatem, in agro habet ecclesiam adiunctam, ubi divina et conciones flunt diebus Dominicis et festis“.

Folgen die Collegia canonicorum per dioecesim Francof., Aschaff., Frizlar., Ameneb., Eissfeldia, Bingy, Oppenh.

Dann die Abbatiae insigniores: Amorb., Seligenst, Abbatia in Arnsberg, Ord. Cist., situm in territorio hereticorum Comitum de Solms, qui pretendunt, suos maiores fuisse fundatores ideoque tentaverunt aliquando monasterium occupare et in suam potestatem redigere, sed resistentibus archiepiscopis maguntinis non potuerunt. Nuper monachus oeconomicus seu bursarius ob malam administrationem et tentatam apostasiam captivus Maguntiam deductus et careeri mancipatus est invitis valde querulantibus comitibus predictis.

„Abbatia in Erbach, Rincoviae,¹ ord. cist., dives in bonis sed sub principibus haereticis sitis a quibus valde gravatur.

„Plures abbatiae et monasteria in dioecesi maguntina fuerunt olim, sed quae ab haereticis principibus et dynastis occupata et devastata fuerunt, ut Spanheim, Hirssfeld est in dioecesi Mag., licet Sedi apostolicae immediate subiecta, et principibus Imperii ut Fuldens., sed illa iam extra biennium a Landgravio Hassiae occupata et Catholicis erupta est“.

¹ Gewöhnlich Eberbach genannt.